



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Universitätsbibliothek Paderborn

**Expedita Juris Divini, Natvralis, Et Ecclesiastici Moralis
Expositio**

Tamburini, Tommaso

Coloniæ Agrippinæ, 1665

Cognitus in ratione malitiæ, & pœnæ, &c. paragraph. 5.

urn:nbn:de:hbz:466:1-40132

V. Irreg. rum. Ergo pari modo induci potest Irregularitas, quamvis ea item gravis poena sit.
Mig. apud Dianā p.2. 4. Ratio affirmantium, a semper de facto re-
17.16.r. 18. qui culpam mortalem est.
a Saar. de Cens. d. 40. Primo, quia gravissima poena non infligitur nisi ob proportionatam culpam. At Irregularitas gravissima poena est, ut omnes concedunt
sec. 5. à nu. & ut patet ex effectibus gravissimis, quos ipsa
17. A vil. de Cen. p.7.d. parit, quosq; nos fusè mox explicabimus.
2. dub. 3. Secundo, culpa levis, sive ob parvitatē ma-
concil. 3. & teria sive ob subreptionem, seu inadverten-
dif. 6. sec. 1. tiam, non est absolute, & consummatē delictū;
dub. 11. & ut supra §. 2. vidimus, actus ob quem incurrit
clv. 2. & 3. Irregularitas, debere esse perfectum, & con-
Vajq. p.2. summatum in eo genere, quo prohibitetur.
d. 15. o. c. 5. Tertio, quia constans est in iure regula, ut
Filiac. tr. quoties dispositio continens poenam Irregulari-
20. c. 3. n. tatis, ita sit probabilis, ut etiam opposita proba-
38. Bonat. bilis sit, non incurrit (babit id, quod recte
de Cen. d. Glosa b) Irregularitas, quia tunc expresa in
7. q. 1. p. 3. iure centenda non est. At quis insciabitur, sen-
n. 1. Coninc tentiam hanc esse probabilem, positus ejus jam
de Cen. d. allatis tuadentis, & tot Doctoribus eam se-
18. dub. 4. quentibus, qui mordicus contendunt in iure
n. 27. Dian. non esse expressam Irregularitatis poenam, si
p. 2. tr. 16. r. solum praecedat culpa levis?
18. G. Hur. Ex his sententiis hæc posterior longè vide-
de Irreg. d. 1 tur esse probabilior.
dif. 2. n. 8. 5. Ad sententiæ prioris rationem facile re-
Castropal. spondetur, in casibus illorum Textuum, & Pon-
de Cen. d. tificem collegiss pro foro externo, (in quo di-
6. p. 32. §. 4. spensabat) adfuisse culpam gravem, quia expre-
n. 2. G. bal. sumptionibus, & circumstantiis concurrenti-
4. q. 2. n. 5. bus illa tunc colligebatur.
b. Glosa in 6. Ad confirmationem ductam ab excom-
l. ent. si par- municatione Minori, multo facilius responderi
teff. de leg. potest, nam, cum hæc facile absolvit a quolibet
§. 1. Divi Sacerdote simplici valeat, non estimatur, nec
in Ad. 1. certè est adeo gravis, perinde est Irregularitas,
marg. ff. de qua ex se est perpetua, privatque Ordinibus,
Iure Patr. corumque usu, Beneficiis, &c.
c. C. Tua- 7. Ex dictis, Primo, colligit Abbas, si quis-
nos. De ho- piam in sui defensionem occidendo aggresso-
mit. C. con- rem, inoderamen excessit, eum non vitaturum
sinebatur Irregularitatem, si id ex propulo fecit, secus, si
sedem. C. ita ex calore iracundiae, ut indeliberatè fecerit,
Si gressu non Merito hæc dixit Abbas, quia in Sacro Textu e
oratus. 15. non nisi lata, ac studiola, id est peccaminosa
q. 1. C. Cle- mortaliter negligenter dicitur causa Irregula-
rie. dif. 50. titatis.
d. 4. C. Addit insuper idem Abbas, ad Irregularita-
significat. tem pro foro conscientia, satis quidem esse cul-
2. de homin. pam latam (intellige mortalem) at proforo e*C. quis*
contentio lo, requiri item dolum. *tum de pa-*
8. Colligit secundo Hurtadus & ex communi *ni. & ri-*
doctrina defectum plene advertente circa Jus mis-
vel circa factum, iugurantiam, & similia, quo-
f. Abb. C. ties actum eximunt à peccato mortali, eximere *quiscum*
quoque in conscientia ab Irregularitate ex de-
facto, quicquid sit de foro externo, cui sufficit *de factu* *&*
culpa iuridica, id est per externas probationes *G. Hart.*
præsumpta. *d. i. de li-*
9. Colligit Tertio Henriquez, b quando Ju- *rig. dif. 3.*
dex, probata secundum præsumptiones culpa *n. 27.*
juridica mortali, declarat, aliquem incurrit in *b. Henri.*
Irregularitatem, si Reo confiteretur, culpam fuisse *l. 14. cap. 15.*
veniale, nec esse Irregularem, nec indigere *num. 2.*
dispensatione. Quare curia scandalum gerere se *Avia de*
posset, ut ab omni Irregularitate immunem. *Cro. p. 3. d.*
10. Circa predicta, puta, qualis culpa requi- *2. du. 3. m.*
ratur, ad incurrandam Irregularitatem, multa *3. & dif. 6.*
dicenda sunt Infra cap. 15. quæ omnino sunt le- *du. 11. con-*
clusi. Pta-
§. V. *poñim. 1. p.*
Vt incurrit Irregularitas ex delicto, actus de- *9. 5. de in-*
bet esse cognitus in ratione malitia, & in ra- *tione penæ, quibus prohibitus.* *num. 6.*

1. **T**itius, Primo, nescit, vel non advertit, id. *c. 1. p. 14.*
que sine culpa, hunc actum, cui ex Eccle- *3. p. 9. 5. d.*
siæ pæcripto Irregularitas inhæret, esse pe- *Irreg. d. 1.*
catum. Secundo, seit quidem, esse peccatum, id. *n. 9. Cmis.*
que mortale contra Jus diuinum, vel contra Jus *d. 18. d. 4.*
naturale, nescit tamen inculpare, esse contra *Sancti. C.*
Ecclesiæ peculiare præceptum. Scit v. gr. hære- *g. matr. 6.*
sim, homicidium, Rebaptismum esse peccatum *22. n. 17.*
sive contra Diuinum, sive contra præceptū na- *Cafri. 1. 1.*
turale, sed ignorat, esse contra humanum Ec- *de Cen. p. 6.*
clesiæ præceptum. Tertio, denique, quamvis aliq; ap- *noicat, actum, quem facit, esse peccatum, & elis* *Dianaw.*
contra Jus Diuinum, vel naturale, vel contra *4. tr. 2. 10.*
prohibitionem Ecclesiæ, nescit tamen sine cul- *sol. 8.*
pa, prohibitioni huic Ecclesiæ esse annexam *d. Saar. d.*
poenam Irregularitatis. *Cav. d. 40.*

Quæritur ergo, an semper in prædictis tribus *se. 5. 8. 10.*
casibus incurrit Irregularitas, si actus ejus, *G. Hart. de*
modi prohibitus fiat à Trito? *Int. 1. 5.*

2. Et quidem in primo casu Titium non in- *n. 20. Sain.*
curre, jam patet ex dictis, quia ad Irregularita- *Le. probab.*
tem prærequiritur culpa, &c. *id eff. 1.*

3. In secundo casu, est probabile, non incurre- *4. & 8.*
re, sed est item probabile a incurgere. Ratio *Cafri. d.*
prioris probabilitatis est, quia Ecclesia censetur *de Cen. p. 6.*
possit. *de Cen. p. 6.*

ponere', pœnam Irregularitatis solum non obediensibus sita legi, quam si quis nesciat, non est ei inobediens. Ratio posterior est, quia Ecclesia movetur ab indecentia mortal: ipsius aetas, cui adnebitur Irregularitatem. Si ergo quis indecentiam actus jam agnoscat, unde mortali percepit contra Legem Divinam, vel naturalem, sane ad se trahet Irregularitatem ejusmodi actui adhærentem.

4. Dices. Cur Ecclesia arcere per Irregularitatem voluit Ministrum Justitiae (ut omnes infra docebimus) iuste occidentem Reos, etiam Minister non peccet; immo etiam si nesciat hanc Ecclesiæ dispositionem, non vero in priore probabilitate voluit accere hominem, qui alium occidit iuste, quando is ejusdem Ecclesiæ probationem ignorat.

Respondeo. Rationem puto esse hanc, quia Ministri ex officio, veluti habitualiter, deficiunt à lexitate Christi, parati ex vi sui officii ad occidendum: at ille occidens iuste cunnotantia prædicta, cum non occidat ex officio non deficit habitualiter à lexitate Christi: Vide infra cap. 15. paragr. 13. num. 15. ubi quid simile dicam.

Jam de tertio casu remanet difficultas, de qua sunt sequentes sententiae.

5. Prima a docet ab ignorantia sine culpa Irregularitatem, nunquam illam incurri, una excepta, quæ est ex Homicidio voluntario.

Præcipua hujus primæ sententia Ratio est, quia ut alibi dixi, ad omnem pœnam extraordinariam, qualis certe est Irregularitas, requiritur confessus in illam, qui in ignorantia esse non potest, &c. recole locum.

6. Neque obstat, Irregularitatem esse non solum pœnam, sed etiam impedimentum, quo quis impeditur, ne ad altare accedat, impedimentum autem contrahi solere, etiam ab nesciente illud, ut patet in impedimentis Matrimonium dirimentiibus. Non obstat inquam, quia Irregularitas est impedimentum quidem, sed non nisi adnexum peccato inobedientie, & tanquam pœnam extraordinariam eidem peccato ab Ecclesia conjunctam, id quod non est in dictis Matrimonii impedimentis, in quibus solum habetur ratio ejus, quod de facto est, v.g. confanguinitas, Affinitatis, &c. præscindendo ab eo, quod sit pœna, vel non pœna, &c.

7. Excipit tamen, hæc sententia Homicidium iustum, qui enim hoc committit, erit Irregularis, etiam si nesciat, huic delicto Irregularitatem esse connexam.

Ratio autem hujus Exceptionis non est, ut aliqui cum Merolla a putant, quia in Irregularitate contracta ex Homicidio iusto est imbuta Irregularitas ex defectu lenitatis, nō est, inquit, ut planius explicabimus mox à n. 14. sed cito, & consuetudo Ecclesiæ, & sensus pertotanus Fidelium, cum, & Pontifex peculiari rigore homicidiam prædictum arcebat altari, difficileq; illi dispensaret, & Fideles, nisi expresse eiusmodi dispensationem a Pontifice obtineant, non acquiescent.

8. Adde inconveniens, quia nimis multi cum Ecclesiæ scandalis essent immunes ab hac irregularitate, quamvis etiam plures occiderint, si quidem per quam pauci scirent homicidio, ex vi Juris, Irregularitatem adhærente, quod certè scandalum non est adeo notabile in Irregularitatibus ex delictis aliis.

9. Secunda sententia docet, ab eiusmodi ignorante Irregularitatem, semper b illam incurrit, nulla excepta. Ratio potior huius sententiae est, quia Irregularitas ex delicto, non solum est pœna, sed etiam est indecentia, & impedimentum Canonicum, quo, qui est effectus, non potest hinc ordinis suscipere, vel exercere: Impedimentum autem incurrit, etiam si illud nesciatur, ut patet in impedimento direcente orto ex consanguinitate per copulam fornicariam, ante contractum Matrimonium. Licet enim illud constitutum fuerit in pœnam delicti fornicationis cum consanguinea Sponsæ in primo, vel secundo gradu, tamen est etiam indecentia, atq; adeo impedimentum ex se perpetuum, incurritur, etiam si Sponsus ignoraverit, illam esse consanguineam sua Sponsæ, vel illi delicti eiusmodi pœnam ab Ecclesiæ fuisse connexam.

Addit, nimis multis sic excusari ab Irregularitatibus ex delicto, quia nimis multi illas ignorant.

10. Tertia sententia docet eum ignorante Irregularitatē, nunquam illam incurri, nulla prorsus excepta. Ratio est, quia non est maior ratio de una, quam de alia. Cū ergo probabile existimat, ut probant rationes primæ sententia, nō incurri cæteras alias ab ignorantie illas, probabile etiam erit non incurri Irregularitatem ex homicidio, quo in illa prima sententia erat excepta; atq; adeo erit probabile, nullam incurri.

11. Addit, hanc esse pœnam extraordinariam, etiam loquendo de Irregularitate ex homicidio iusto, ergo, cum pœna extraordinaria quam alii quiebant fidei scis ordinata.

a Merolla
T. I. l. c. n. 5.
Sanc. l.c.

b Sua. d.
Conf. d. 4.
se. 5. n. 9.

A vilade
Cens. p. 7. d.
2. dub. 4.

to. Prep. de
Irreg. du. 2.
n. 10. G.

Harr. de
Irrig. d. 1.
diff. 8. n. 18.

Bonac. de
Cens. d. 7.
q. 1. p. 3. n. 4.

c Leandr.
tra. de Ir-
reg. d. 4. q.

6. Cum a-
l. i. Castr.
T. I. l. r. 4. d.

1. p. 17. n. 6.
Et clariss.

d. 6. de cœs.
p. 6. n. 3. A-

10. citans
Tancr. p. 2.

tr. 5. q. mor.
2. salic. posf.

fædū posf.

nua-
dinas.

a Libr. i. n.
Decal. c. 2.
§. 10. n. 12.

nunquam incurritur ab ignorantie illam, ut ea-
dem prima sententia docet, nos alibi a sustinui-
mus, neque haec incurretur.

12. Ad praeceps argumenta, quæ adversus
hanc tertiam sententiam afferri solent sic re-
spondet Castropalau. b Non est inconveniens,
quod multi ab hac poena in foro conscientia excu-
senur, sicuti excusantur à censurū, cum in eo foro
adversus legem Ecclesiasticam complete non de-
linquant, ignorando paenam extraordinariam,
sub qualem lata est. Neque item est inconveniens,
quia iudex ignorans suo facto irregularitatem ad-
nelli, cum contrahat, non tamen eam contrahat.
Homicida ignorans irregularitatem suo delicto
admetti, quia irregularitas iudicii, non in paenam,
sed ob decentiam posita est: at homicide, tum ob de-
centiam, tum in paenam delicti (sive copulative)
Irregularitas induetur, quia irregularitas gra-
vior est, & difficulter a dispensatione, ac proinde
non est mirum, ut cognitionem legi eam indicen-
tia expostulet.

13. Ex his tribus sententiis prima, & secunda
probabilis sunt. Tertiam ægre in proxim deduc-
cerem, an autem sit probabilis, aliis statuant.

14. Sed jam iure est explicare distinctus, cur
numero septimo noluerim admittere contra
Merollam, in Homicidio injusto esse imbibitam
Irregularitatem ex defectu lenitatis, atque adeo
noluerim admittere, de hac peti solere, & debe-
re dispensationem, quando quis ignorans, ho-
micio esse adiexam paenam irregularitatis,
aliquem interfecit?

15. Respondeo, rationes inter cæteras, has es-
se posse. Primo, quia id contra proxim est, tum
*petentis dispensationem; tum illam conceden-
tis, nunquam enim peti, vel concedi solet dispen-
satio homicidii injusti, nisi sub forma Irregulari-
tatis ex delicto. Et patet, quia Irregularitatem
ex defectu, alii à summo Pontifice, si & aliquo-
rum sententia vera est, possunt dispensare, at
hæc orta ex Homicidio injusto semper petitur,
& conceditur à Summo Pontifice.

16. Secundo, quia petens hanc dispensatio-
nem ab eodem ipso Pontifice, satis esset, si ex-
poneret, se esse Irregularitem ex defectu lenitatis
quia jam Merolla dicit, in causa ignorantie hanc
solam incurri, non vero illam ex delicto: quod
certè nullus, satis esse conceder.

17. Tertio, quia ejusmodi ignorantie saltem
haberet hoc notabile commodum, ut posset
petere dispensationem suæ irregularitatis, quæ
solam est ex defectu, ab aliis, quam à Pontifice,

c Multi a-
pud Pasq
Cens. 3. q.
2. 20.

Si, ut diximus, alii hanc Irregularitatem dispen-
sare valent.

18. Quarto, quia, si vera esset haec Merolla
doctrina, is, qui cum scientia Irregulari-
tatis aliquem occidit injuste, in duas Irregulari-
tates incurret, alteram ex delicto, alteram
ex defectu, & quidem separabiles, quia, quando
non adest dicta scientia, sola remanet illa ex
defectu: at Doctores unam agnoscent, licet gra-
viorem, ut modo numero 12. dixit Castropa-
laus.

19. Quinto denique, Hodie, ut infra a vide-
bimus, probabilissimum est, Irregularitatem ex
defectu lenitatis non incurri, nisi à Ministeri
Justitiae, & à Militibus in bello justo; Ergo non
incurritur ab injuste occidente: si ergo is igno-
rans, effugit (Merolla fatente) Irregularitatem
ex delicto, nullo modo ex hac probabilissima
sententia subjecetur Irregularitati ex defectu
lenitatis, quia is non occidit, ut Minister Justi-
tiae, vel, ut Miles, &c.

C A P U T V.

S. UNICUS.

*Non dubia debet esse in Irregularitatem
Incurso.*

1. R ECOLE Primo, dubium vel posse esse cir-
ca factum, vel circa Jus. Dubitas v.g. an
occideris habes dubium facti, quamvis certus
sis, occisioni de Jure annexam esse Irregulari-
tatem. Dubitas, an amputans alicui mamillam c-
vadas Irregularis? habes dubium Juris, licet
certus sis, te mammillam alicui mutilasse.

2. Recole Secundo. Dubium aliud esse ne-
gativum, aliud positivum. Si enim intellectus
sit omnino aneps, nullamque rationem, fal-
tem probabilem, habeat, per quam inclinet ad
aliquam partem, dicitur dubium, & quidem
negativum. Si vero rationem aliquam alicuius
momenti habeat, per quam assernitur alicui
parti, dicitur probabilitas, & ab aliquibus vo-
catur, sed certè impropiè, dubium positivum.
Si denique adhuc rationes alicuius ponderis
pro utraque parte, utraque erit probabilis, ut
fuse explicuimus L. i. in Decal. c. 1. §. 1.

3. His in memoriam redactis, quæstio perce-
lebris est, An dubium negativum de irregulari-
tate, sive circa Jus, sive circa factum, inducat Ir-
regularitatem, nam quid dicendam sit in dubio
pos-